

Bolletí de la Societat Arqueològica Iuliana

PALMA.—JANER DE 1915

SUMARI

- I. Dues cartes sobre doctrina Iuliana; I. Epistola D. Iwonis Salzinger R. P. Frati Michaeli Fornes Lulli Cathedratico sub dat. Moguntiae 28 maji 1725. II. Carta de Fr. Pere Pont resident a Maguncia, deixeble den Salzinger, per D. Estanislau Aguiló.
- II. D. Joseph Maria Quadrado com apologiste de la Fe Catòlica (continuació), per D. Antoni M. Alcover, Canonge.
- III. Notes tretes del Registre de Lletres Comunes de la Curia de la Governació de l'any 1388, per D. Estanislau K. Aguiló.
- IV. Publicacions rebudes.

DUES CARTES SOBRE DOCTRINA JULIANA⁽¹⁾

- I. *Epistola D. Iwonis Salzinger R. P. Frati Michaeli Fornes Lulli Cathedratico sub dat. Moguntiae 28 maij 1725.*

Admodum R.^{de} Religiose ac Clarissime Pater:

Quæ de impressione operum lullianorum Admodum R.^{da} P.^s sua rescire cupit, ex sequentibus intelliget. 1.^o—4.^m tomum esse absolutum excepta sola præfatione, quo recepto sua Admod. R.^{da} P.^s videbit propriis oculis et experimento probabit me verum nuper suripsisse de *Arte mirabili Significandi et Memorandi* quod

(1) Aquestes dues cartes havia copiades per enviar al fervent lullista alemany Dr. Adam Gottron, com a materials per l'estudi que preparava sobre n' Ivo Salzinger y la seua edició magna de les Obres del nostre Doctor Illuminat. La guerra sotapada que a'n aquell pais esclatà y la falta de notícies personals del bon amich no m' han permés cumplir d'un modo directe el meu propòsit y per axó ho fas ara per medi d'aquest BOLLETÍ, pensant que si Deu lo guarda de perill, com li suplich, y qualche dia pot tornar empendre ab pau y sosech els seus treballs aquí les trobarà si li serveixen.

per gratiam Dei et artem illuminati D.^{ris} ex parte luci exponendum duxi; dico ex parte, quia aliqua illius Artis Significandi arcana omnibus passim communia reddire nefas duco, de iis tantum quos experiar operi præ cæteris facturos, inter quos utique Ad.^m R.^{da} P.^s sua primas tenebit.

Vt autem denominatis arcanis plura alia, quæ in precedentibus litteris non scripsi, in antecessum prægustare valeat Ad.^m R.^{da} P.^s sua dicam quæ sint, et qua ratione fiant, ut sponsioni meæ non solum majorem fidem dare, sed ipsam rem oculis intellectus assequi possit. Sciat igitur Ad.^m R.^{da} P.^s vestra hanc Artem Significandi esse primum ex septem instrumentis universalibus sciendi, ab III.^{to} D.^{re} in 4.^o Lib. Contemplationis, Arbore 3.^o plantatum, quod instrumentum in libello nuper misso *Præcursoris* digito tantum insinuatum, nunc integro libello ampliori volumine expono. Ejus partes erunt due.

Quarum 1.^a erit Grammatica naturalis, vel Ars Significandi naturalis, mediante qua quivis poterit incipiendo ab universalibus principiis naturalibus, realibus eorumque significatione ad ultima individua principiata, eorumque significationem devenire per realem naturalem & necessarium nexum principiorum cum principiatis, et e converso, ita ut de genere ad genus, de specie ad speciem, de individuo ad individuum pateat perpetuus significationum progressus; quod artificium est adeo excellens ut dici non possit. Exemplo rem facio paulo lucidorem.

In 2.^o tomo operis lulliani est liber III.^{ti} D.^{ris} cui titulum dedi *Mirandarum Demonstracionum*; totus hic liber est partus dictæ Artis Significandi, quæ consistit in hoc: ut dato quo-

vis assumpto termino, vel individuo, inveniantur innumeræ significationes necessariæ reales de alio quovis termino vel individuo, quarumvis dicta duo individua videantur toto (ut aiunt) *cœlo ab invicem distare, mediantibus quibus significationibus ab hac Grammatica naturali petitis, fiat postea motus intellectualis ad Logicam naturalem, eliciendo ex datis significationibus demonstrationes, quibus demonstratio- nibus multiplicatis ad libitum artificis perve- niatur a principio Grammaticæ per medium Logicae ad finem Rethoricae videlicet ad persua- sionem.*

Fundamentum tanti arcani nunc pandam, quod non est aliud nisi *conditio* derivata ex 2.^a figura T. Artis Generalis, quæ est haec: «*Diffe- rentia* est major in concordantia quam in con- trarietate», quæ *conditio* est facile demonstrabili- *s ex diffinitione principiorum ex quibus est facta, pro ut nos docet D.^r Ill.^r: unde cum sin- gula individua quantumcumque inter se diffe- rent, necessario debent habere aliquam concordantiam mediante qua connectantur, illa concordantia erit desideratum medium per quod unum extremum significabit alterum extremum: est autem illa concordantia semper aliquod princi- pium universale ex arte petitum. Sit nunc exem- plum lib. 4. Mirandarum Demonstrationum, tom. 2.^o cap. 47: Assumit D.^r illius terminum *Prædicationis* ad demonstrandum terminum *In- carnationis*. Quantum inter se distent haec duo particularia vel individua nemo non videt; dif- ferunt ergo, sed per quid concordant?*

Dico per terminum *Majoritas*, quæ est uni- versale principium Artis ex figura T. extra- tum, et hic terminus est centrum totius dicti 4. libri, ut patet ex figura dicto libro præfixa. Idem observandum in antecedentibus 2 & 3 lib., nam 2. libro præest terminus *Eternitatis* per singula capita, et 3. lib. terminus *Operis* vel *Opera- tionis* per singula capita, quod plane stupendum est, divum II.^m D.^m adeo firmum potuisse stare in uno centro per integrum librum, reducendo omnia capita demonstrationum ad unum prin- cipium; quod certe nostris D.^{bis} modernis non dicam non est possibile sed ne quidem credibile. Huic termino particulari manum præbent aliis suis locis ex figura T., videlicet: *Differentia Concordantia, Deus, Creatura;* item ex figura A. *Bonitas, Potestas &c.* Legat quæso Ad.^m sua R.^{da} P.^s hoc caput 4. si adhuc. tom. 2. penes se habet, & videbit an Ars Significandi & Demons- trandi in illo reluceat.

Libenter excurrerem in integrum anato- miam dicti capitinis nisi litteræ nimis excresce- rent. Sicut D.^r Ill.^r ex termino *prædicationis* elicuit significationem *incarnationis*, sic mihi non esset difficulti ex eodem termino *prædica- tionis* aliud quodcumque particulare theologi- cum vel philosophicum cruere per quamplu- rimas significationes & demonstrationes, quod artificium est illud in supradicta Arte Signifi- candi revelatum. Per illud enim vir sapiens quamlibet creaturam visui occurrentem potest extemplo comparare ad quamlibet aliam, vel sibi ex professo propositam vel ad libitum acceptam, cernendo in prima naturales signifi- cationes innumeræ ultimæ.

2.^a pars hujus Artis Significandi continet Grammaticam artificialem, quæ iterum duo simul & et semel præstat. Dat enim modum quo quilibet, etiam linguae latine ignarus, in præfata lingua conceptum suum infinitis modis exprimere facile et expedite possit alteri in scripto. 2.^o demonstrat modum convertendi quamlibet linguam in quamlibet, hoc est, ostendit quomodo quivis vel unius tantum ignarus, v. g. Germanicæ, cum quavis natione, vel in sua propria, vel in lingua illius nationis, cum alia correspondere, vel in illa lingua integra volumina scribere valeat, & hoc artificium non tantum est possibile sed adeo facile, ut quando illud suo tempore viderit sua Ad.^m R. P. non difficulter unius uel alterius die applicatione se taliter perficiet, ut mecum in lingua germanica, gallica, italica, vel alia quavis correspondere queat.

Tertio docet modum quo quivis per eandem litteram, & et per verba in una lingua sonita, possit cum pluribus hominibus diversarum nationum conferre de quavis materia, & hoc du- pliciter, uno modo v. gr. verbum latinum reti- neat significationem suam in singulis aliis lin- guis, altero modo ut in singulis aliis linguis mu- tet significationem, ita ut quævis natio ex uno uniuersali verbo in latino posito eruat verbum particolare in sua lingua, & hoc iterum dupli- citer, vel taliter ut etiam significationes parti- culares aliarum linguarum possit percipere, vel suæ linguae tantum, pro ut placuerit artifici cum illo correspondenti. Est autem hic modus scri- bendi criptographicus adeo secretus ut nulla humana potentia secretum possit depræhendi, imo nec suspicari est possibile sub dicta littera aliquod secretum latere, cum verba in latino possita habeant claram significationem & apper-

tam, & singula verba latina sub se tegant duo, tria, quatuor, quinque vel decem, si placeat verba aliarum linguarum, vel ipsius linguae latine, quorum verborum nec minimum apparet vestigium.

4.^o etiam e converso ostendit quomodo litteræ hoc artificio scriptæ debeant intelligi & interpretari in qualibet lingua.

Altera pars hujus Grammaticæ artificialis tradit artem & modum acquirendi certo & infallibiliter & faciliter omnes scientias, & hoc tali ordine: nam 1.^o tradit significationes principiorum generalium, specialium & individualium Artis III.ⁱ D.^{is} in omnibus operibus illius contentorum, cum suis distinctionibus, inflexione nominum, & conjugatione verborum, in tabulas generales, reductas per ordinem in omnibus linguis occidentalibus, ita quidem ut ex una parte sit ordinatio principiorum secundum Grammaticam, ex alia parte sit ordinatio principiorum secundum Philosophiam & Artem generalem; 2.^o ponit significationes conditionum generalium, specialium & individualium elicitas ex principiis; et simul continet in sequenti ultima parte syntaxim, hoc est modum artificiale jungendi terminos apte et debite in quavis lingua; 3.^o exhibet significationes demonstrationum generalium specialium deductarum ex predictis conditionibus, tali artificio ut quavis in quavis materia, sine labore, sed cum magna delectatione, infinitas demonstrationes possit formare, & hoc in quavis lingua. Omnes vero 3. predicti circuli taliter inter se coherent ut semper fluat 2.^m ex primo et e converso, & 3.^m ex 2.^o et e converso; sic pariter significationes principiorum specialium ex generalibus et e converso, & individualium ex specialibus et e converso. Idem intelligendum de conditionibus et demonstrationibus. Hinc apparent quam divinus sit usus trinitatis in creatura ter in se ductæ.

Inventum est autem hoc arcanissimum artificio per gratiam Dei et Beatissimæ Virginis et III.ⁱ D.^{is} mirabilem doctrinam, eo fine ut divina hæc ars et scientia in salutem totius mundi a Deo III.^o D.^{is} data, per hoc inventum facilius propagari possit per totum orbem, præsertim inter infideles, ponendo illud in linguas orientales, sicut ego posui in linguas occidentales, quod suo tempore Deo gratia continuante et amatoribus operam ferentibus, cum meis excondiscipulis libenter executioni dabo.

Restarent adhuc aliqua altiora arcana expli-

canda circa usum hujus Artis viva voce peragendum, sed quia multi præcedentibus vix fidem adstruent, supersedeo sequentibus quo usque Ad.^m R. P. sua, an artificium tanto labore paratum omnibus commune reddendum, præsertim cum experiar modernum sæculum esse adeo injurium et pigrum in bonarum artium estimatione & prosequitione, & ne sumptus quidem in emendos libros, ex quibus gratis et fere nullo labore thesaurum sibi indeficientem comparare possint, velint impendere, & utinam non plures essent litterati qui contra suam vocacionem conarentur omnibus modis artem D. N. D.^{is} omnibus exossam reddere, quales (illos Deus convertat) quotidie sic sufferre coger.

Finiam hanc materiam subdendo aliquid de Arte Rememorativa, quæ quamvis habeat suum locum particularem in tom. 4., scilicet ante Artem Inventivam, attamen Artes Significandi, de qua tanta promisi, taliter ordinavi ad majorem illius perfectionem, ut non minus fungi possit officio Artis Memorandi, & hoc eo fine ut candidati hujus Artis Significandi reddantur habiliores ad practicam modico tempore, tam in scripto quam viva voce exercenda.

Dignetur itaque Ad.^m R. P. sua inspicere subjectum schemma, que est unica tantum tabella ex figura A. formata, inter alias quamplurimas ex dicta Arte Significandi selecta, pertinens ad 2.^m circulum illius, scilicet ad conditiones generales, speciales & individuales, ex illa desumendas, cuius usum sic habeat:

Sciat ergo quod primo serviat memoriae hoc modo ut quiuis ex illa vel unius horæ quadrante possit memoria retinere, & si petatur ex tempore recitare quatuor mille nonaginta sex conditiones, omnes necessarie, & necessario veræ, (licet ad sensum videantur nullius valoris), singulas differentes ab invicem veritates revelant in omnem scientiam per conditiones speciales & individuales contrahibiles. Ad juvandam ergo memoriam observetur ordo principiorum qui appetit in hac tabella, & incipiendo a prima condicione generali, quæ est hæc: *Bonitas est bona in bonitate*, fiat progressus sic: *Bonitas est bona in magnitudine*, *Bonitas est bona in duratione*, usque ad ultimam in hac serie, quæ est: *Bonitas est bona in patientia*; & sic habebuntur sexdecim conditiones generales; deinde fiat reditus ad Bonitatem, incipiendo secunda serie, in qua erit prima conditio hæc: *Bonitas est magna in bonitate*, 2.^a *Bonitas est magna in magnitudine*, 3.^a *Bonitas est magna in*

duracione, usque ad terminum Patientia, et habebuntur aliæ sexdecim conditiones generales; hac igitur via pergendo per terminum Bonitas absolvantur sedecim series conditionum, quorum singulae constabunt sedecim conditionibus, quarum numerus collective sumptus est sedecies sedecim, hoc est 256; unde si idem fiat per reliquos quindecim terminos usque ad terminum Patientiae, ut appareat in tabella, in qua omnes actu continentur, prodibit numerus tabella subscriptus, qui est sedecies ducentæ quinquaginta sex, quas omnes utique quivis et memoriaræ facile retinere & ex tempore memoriter recitat poterit, si proxim videre appetit.

Nunc mostrandum quomodo haec generales conditiones specifiuntur et multiplicantur in speciales conditiones, quod per signatam tabellam facillime fit ut sequitur: Addatur primæ conditioni generali, scilicet, *Bonitas est bona in bonitate*, primus terminus specificus, qui est *Intellectualis*, et generalis haec conditio transmutabitur in hanc specialem: *Intellectualis bonitas, est bona in bonitate*. Quid facilius? Quod si haec specificatio continuatur per omnes sedecim terminos specificos tabelle C. additos singulis conditionibus tabelle B. regulabit numerus conditionum specificarum B. C., qui est 65536, hoc est sexaginta quinque mille quingentæ triginta sex: idem numerus prodibit contrahendo conditiones generales tabelle B. ad terminos speciales tabelle D., qui duo numeri invicem additi, faciendo nimirum conditiones specificas compositas ex conditionibus specificis simplicibus, generabit sequentem numerum compositum conditionum specificarum, centum triginta unum mille septuaginta duas; quod si loco predictæ additionis adibeatur multiplicatio (realem intelligo, non numerica tantum) ducendo terminos B. in terminos C. D., siet ultimus numerus possibilis conditionum specificarum ex hac sola tabella & unica figura A. emergentium, hoc est millies mille quadraginta octo mille quingentæ septuaginta sex; qui numerus solus sufficeret ad subministrandam infinitam scientiam volentibus uti hoc tabella. Sed nondum statim finis, debent enim omnes haec conditiones speciales ulterius contrahi ad individua generalia sub littera E. posita, & per illa ad quælibet individua implicita specialia in dictis generalibus, quod si fiat, ut facillime fieri potest, generabitur tanta multitudo conditionum individualium quod nullus compotus poterit comprehendere.

Secunda hujus tabellæ utilitas, ultra memoriariam localem, est in extrahendis conditionibus specificis & individualibus ex generalibus, ad hoc, ut ex illis postea in tertio circulo fiant demonstrationes specificæ & individuales; cum enim conditiones generales sint infallibilis, ut pote ex suis principiis per se notis demonstrabiles, et nulla condicio generalis sit contraria sue conditioni speciali ac individuali, ut D.^{ris} Ill.^s in Arte Inventiva fuse demonstrat, quidquit verificatur de conditione generali etiam verificabitur secundum propositionem de quilibet conditione specifica & individuali ipsi sibi. Quid igitur magis delectabile quam habere infallibile & universale principium a quo per infallibilia et specialia media innumera possit perveniri certo et infallibiliter ad infinitas infallibilis individuales fines? Exemplo rem declarabo.

Queritur *Utrum articuli fidei in hac vita sint demonstrabiles?* Sumatur ex tabella conditionum generalium quævis vel aliqua ad propositum magis apta, que sit sequens: *Veritas est amabilis in sapientia*, que specificatur per terminos specificos *supernaturalis & naturalis* ex tabellis C. D. desumptos, sonabit sic: *Supernaturalis veritas est amabilis in naturali sapientia*; huic conditio specificatae ulterius contrahantur duo termini individuales ex E., qui sunt *Dei et creature*, & condicio specialis erit individuata, scilicet: *Supernaturalis veritas Dei est amabilis in naturali sapientia creature*, que est homo, Hoc facto jam non est difficile formare demonstrationes per legitimos sylogismos, ponendo dictam conditionem per modum majoris propositionis in sylogismo, et inferendo minorēm sic: *Sed articuli fidei sunt supernaturalis veritas Dei; ergo etc.* Hic autem primus sylogismus potest infinitis modis demonstrari per conditiones ex hac tabella desumptas, qua quilibet cum quilibet necessario connectitur propter necessarium nescium principiorum uniuersalium, que cum inveniantur etiam necessario in singulis particularibus, etiam quodlibet particolare cum quolibet connectitur mediante sua concordantia, ut supra jam tetigi. Darem libenter specimen demonstrandi nisi plura magis necessaria scribenda restarent; unum tamen adhuc subjiciam in philosophia summi utile, scilicet, quomodo conditiones generales significantur et individuentur ad invenienda secreta naturalia in Philosophia et Medicina. Sit ergo haec conditio: *Virtus est potens in magnitudine,*

vel hæc: *Virtus est perfecta in magnitudine, & individuata dat hanc: Naturalis virtus est potens in magnitudine creaturae*: hac conditione habita habetur major propositio in syllogismo, cui addatur: *sed naturalis virtus medicinae est naturalis virtus creature, ergo naturalis virtus medicinae est potens in magnitudine medicinae*. Subsumo: «Si nulla datur universalis medicina in qua sit universalis naturalis virtus que possit sanare omnes particulares infirmitates, est falsa dicta conditio, scilicet quod *naturalis virtus medicinae sit potens in magnitudine medicinae*; sed est impossibile quod dicta conditio sit falsa, ergo etc. Majorem sic probo: Omnis magnitudo potestatis omnium particularium medicinarum comparata ad magnitudinem dictæ uniuersalis medicinæ (si talis est) est parva potius quam magna, quia non potest curare nisi unam partcularem infirmitatem, et uniuersalis medicina potest omnes particulares infirmitates, que potestas est utique major incomparabiliter in magnitudine; si vero talis universalis medicina non est, manifeste falsa est, ut ad oculum patet, supradicta universalis conditio, & per consequens specifica et generalis, quod est impossibile: ergo datur talis medicina.» Quod magis confirmatur ex sequentibus duabus conditionibus inter se comparatis: «Particularis virtus medicinæ est potens in magnitudine, sed universalis virtus medicinæ est magis potens in magnitudine.» Si quis porro negabit dari universalem naturalem virtutem in medicina, hunc sequentibus licet convincere: «Supernaturalis virtus Dei est potens in magnitudine, sed supernaturalis virtus Dei est universalis virtus, ergo universalis virtus Dei est potens in magnitudine.» Unde si daretur aliqua supernaturalis virtus, potens in magnitudine, quæ sit supernaturalis, et nulla datur naturalis virtus potens in magnitudine, quia non potest agere in naturali universalis virtute medicinæ, quæ ex suposito non est, et sic solum potest agere in naturali particulari virtute medicinæ, quæ est; et sic supernaturalis virtus Dei est magis potens in parvitate virtutis particularis, quæ est, quam in magnitudine virtutis universalis, quæ non est, Unde si hoc ita est manifeste sequitur quod supernaturalis virtus Dei sit minus potens in magnitudine et magis potens in parvitate, quod est falsum et impossibile et contra datam conditionem.»

Hoc idem argumentum possem confirmare sine ullo fine argumentorum ex eadem tabella

elicitorum si tempus et locus permetterent. Puto autem hæc duo exempla & suffectura et demonstratura usum insignem tam modice tabellæ, quæ si, ut spero, placuerit, multo magis placebit integrum artificium, ex plurimis hujusmodi tabellis confectum et miro ordine contextum. Videbit enim revera Ad.^m R. P. sua quod Il.^s D.^r noster non nisi supernaturali illuminatione potuerit cognoscere hoc admirandum principium, super quod fundatur tota machina artis & scientie, contentum in figura A. & T., nempe super unitatem et trinitatem summam Dei, ex qua non modo omnis unitas et trinitas inferior quæ est creatura sumpsit exordium, sed etiam profluxit omnis multitudo divino artificio, numquam satis mirando, et ad quam unitatem et trinitatem summam Dei, omnis virtus, trinitas omnis, imo omnis multitudo creaturæ tamquam ad suum ultimum finem tenent refluere, quem fluxum et refluxum secundum ordinem naturalem et supernaturalem a Deo et natura dispositum, naturalis artifex ex dicta divina arte potest cognoscere, observando eundem ordinem naturalem et supernaturalem, quem sibi in monte hujus sublimis scientiæ viderit præmonstratum.

Recordor me in præcedentibus litteris insinuase quod ad prosequectionem operis lulliani aliquibus adhuc documentis indigere, tum a Patribus conventus Majoricensis vestri, tum ab inclita Universitate vestra petendis, quæ sunt: 1.^o Acta Raymundi, non illa RR. PP. Custurerii et Solerii ædita, quæ jam habeo, sed illa quæ ad impetrandum illius canonizationem sunt formata. 2.^o ea quibus saltem quantum licet possim probare Ill.^m D.^{em} Ordinis vestri fuisse. 3.^o Constitutiones et privilegia Universitatis Lullianæ Majoricis impressa, quæ quondam hic mihi videre contigit, in quarto, apud quondam abbatem, Nicolini nomine, ex patria vestra ad nos accedentem, a quo ejus communicacionem impetrare non potui. 4.^o Status moderni regiminis et professurarum prædictæ Uniuersitatis, nec non personarum et qualitatum illarum, scilicet quo ordine vel dignitate sunt constitutæ. 5.^o Nomina insigniorum professorum Artis Lullianæ, qui a tempore illius in Universitate vestra floruerunt. 6.^o Exacta descriptio quæ circa sacras B.ⁱ reliquias apud vos asservatas, earumque asservationem, locum, ornatum, cultum, et venerationem, nec non mirabilia quæ Deus in hæc usque tempora per illius facere dignatur notatu digna. Et ea, et his similia, si quæ sunt, actibus formandis idonea & neces-

saria, quæ memoriæ modo non occurunt, enixe flagito accelerari quantum possibile est; meditor enim actorum horum pleniorum et perfectionem editionem, quam a supradictis nominatis Patribus fuerint aedita, magno illo, et omnium laborum Lullianorum maxime mirando Magnorum Contemplationum præmittendam, hujus frontispicio præter insignem iconem jam sub manu præstantis calcographi versantis, condecorare cupio titulo toti ordini sacro vestro honorifico, haec tenus in tomis antecedentibus omissis: *B. Raymundi Doctoris Illuminati et Martyris Tertiæ Ordinis S. Francisci.*

Præterea cum totus dictus liber Magnorum Contemplationum, qui duobus prægrandibus tomis constabit, extra seriem aliorum tomorum imprimetur, jam a me in formam nitidam sit redactus, conferendo illud ad diversa exemplaria tam elemosinentia quam latina, ita ut singularis momentis prælo (¹) possit subjici, animus mihi esset, si gratia Domini et beneplacitum Ad.^m R. P. suæ, ac etiam favor Universitatis Majoricensis in petito concedendo accesserint, præfatum opus nomine totius corporis prædictæ alme Universitatis vestrie dedicare Sue Sanctitati moderno nostro Summo Pontifici, cum et dignitatis tanti operis, et ipsa materia in illa contenta, nemini magis videatur proportionata quam Summo Capiti, unico in terris Christi Vicario. Poterit igitur si et Rss.^m Patri Diaz, cui humillima mei commendationem exoro, et Ad.^m R. P. suæ vissum fuerit, hac mea intentio communicari tam RR. PP. conventus vestri Majoricarum, quam Doctoribus & Magistratui Universitatis, venerandis dominis et magistris meis, mittendo copiam harum litterarum Palmæ Majoricarum, ut in spem erecti de auxilio nobis adsfuturo ab Ill.^o nostro Doctore cœlitus comparando, illius accelerationem suis studiis et præcibus conentur mecum pro viribus promovere; quod si fecerint spondeo me suo tempore Ad.^m R. P. suæ talia revelaturum de secretis scientiæ et artis Ill.ⁱ Dr.^{is}, a quibus supra dicta secreta tantum distant quantum distat centrum terræ a summa superficie cœli.

Ex animo loquor, et vix possum me cohære a lacrymis, quod etiam ipsimet Professores veritatis tantum donum Dei non solum negligant sed tamquam rem vilem et impossibilem traducant, in propriam suam & multorum innocentium perniciem, qui malo exemplo horum

litteratorum inducti, vel potius reducti, hæc utilissima humano generi dona gratiae divinae aspernant et otiosa delitescere compellunt. Jam non miror quare tam in *Dissertatione optimi P. Custurerii*, quam in *Astraea rationali* R. P. vestri Barcelo, carissimi mei quondam correspondentis, cuius memoria in benedictione sit, sicut etiam in Actis R. P. Solerii, tam jejuna cernatur commendatio scientiæ lullianæ, quin totius ea intueor que Wadingus vester de eadem scientia calamo impolito exaravit. Huic viro indignor, qui his nominatis duobus Patribus Societatis optimam subministravit litturam, qua parietem lутum sine paleis constructum obdurerent. Volo dicere scientiam in suis schoulis traditam, et ob infirmum fundamentum rui-næ obnoxium tutarent obtentu, quasi scientia lulliana nullam prærogativam præ cæteris scientiis hactenus in scholiis traditis, imo illam esse labyrinthum, ex quo Dedalus se valeat extricare. Videantur Acta P. Solerii, fol. 64 num. 28. & 29. ubi sic habetur: «Artes Magna et Parva et Inventiva veritatis, admirabiles habent ambages et sinuosos anfractus, per quæ nec Dedalo liceat incidere, nec ingeniosissimis aliquando viris etiam filum sufficiat Arrianae, quin ex itinere vel judicio sepe deficiant; paucos vel nullos invenias qui hanc Artem, vel artium omnium secretissimum et mysteriosum, quod fingunt, seminarium, vel ut et alii vocant ludibrium, perfecte assequantur, quod si post immensos labores & fatigati celebri vigiliis, alii se putent assequtos, vellem scire quos tanti laboris hauriunt vel edunt fructus, vel quam singularem præ communi hominum sorte, aut trita gymnasiosum doctrina imbutis viris præferant excellentiam?» Exhiguum sane eloquium scientiæ lullianæ a P. Solerio ex ore Wandingi prolatum, quo palliat animum suum in hanc scientiam minime propensum. Quis quæso si hec legat ignem concipiat ad scholam lullianam frequentandam quam diu hæc glacies ante portas jacet? Profecto mirum mihi videtur potuisse hominem inveniri qui se voluerit commendare Universitatì et Ordine vestro, et ausus sit in facie vestra vel ipsa fundamenta aëdificii lulliani suffodere.

Eya igitur amantissime Pater, vigeat in Ad.^m R.^a P.^e vestra spiritus triplex Ill.ⁱ Dr.^{is} Patris nostri, qui est currus Israel & auriga ejus, defendat mecum honorem tanti D.^{is} quem in Ecclesia Dei Spiritus Sanctus pro defensione sue sponsæ reposuit, nec patiatur in cassum

(1) Diu presto, indubtablement per error de copia.

elabi occasionem modo adeo opportunam omnium vestrum votis, vix forsan unquam alias reddituram. Ego me et labores meos denuo commendo clientulæ & sacris singulis Ad.^m R. P. vetrae, qui brevi iterum sperans responsum, permaneo ejusdem.

Admodum Reverendæ Religiosissimæ ac clarissimæ Paternitatis vestræ, humillimus de- votus & obligatus servus

Ivo Salsinger, Sacerdos.

TABELLA SEU SCHEMA

GENUS B.			SPECIES C. D.		INDIVIDUA E.
Bonitas	Bona	Bonitate	Intellectualis	Intellectuali	
Magnitudo	Magna	Magnitudine	Sensualis	Sensuali	
Duratio	Durabilis	Duratione	Substantialis	Substantiali	
Potestas	Potens	Potestate	Accidentalis	Accidentali	
Sapientia	Sapiens	Sapientia	Spiritualis	Spirituali	
Voluntas	Amabilis	Voluntate	Corporalis	Corporali	
Virtus	Virtuosa	Virtute	Supernaturalis	Supernaturali	
Veritas (est)	Vera (in)	Veritate	Naturalis	Naturali	Dei
Gloria	Gloriosa	Gloria	Infinita	Infinita	Creaturæ
Perfectio	Perfecta	Perfectione	Finita	Finita	Operationis
Justicia	Justa	Justicia	Simplex	Simplici	
Largitas	Larga	Largitate	Composita	Composita	
Misericordia	Misericors	Misericordia	Intensa	Intensa	Ad extra
Humilitas	Humilis	Humilitate	Extensa	Extensa	
Dominatio	Dominans	Dominatione	Universalis	Universalis	
Patientia	Patiens	Patientia	Particularis	Particulari	
Conditiones generales. . .	4096		Conditiones	Conditiones	Conditiones
Conditiones especiales. . .	31072		speciales ex	speciales ex	individuales ex
Conditiones específicas . . .	1048576		B. C. 65536	C. D. 65536	B. C. D. E. infinitæ.

De una còpia inclosa a un petit repertori de materia Iuliana, ordenat pel Dr. Gabriel Maura, Catedràtic de la Universitat de Mallorca (Siglo XVIII.)

II. Carta de Fr. Pere Pont resident a Maguncia, deixeble den Salzinger.

La gracia del Esperit S.^t nos asistesca: amen.

Mon jerma en Jesu Christ sempre charism. Arribats que forem en esta aurea ciutat de Moguncia, que fou als vltims de octubre, vos escrigui participantvos nostre felis arribo, per que iuntament lo participasseu a Sineu y Alcudia, fins que pogues donar millor noticia a tots, lo que executo ara. Gracias al Altissim Deu qui me ha fet la gracia de veure este gran savi, qui vuy per vuy no crech tinga simil en lo mon, o en la terra. Es mes, y mes, y molt mes del que publicava aqui la fama, indicaven las lletras, significan los llibres. Ell en la realitat es vn nou

Salomo de la lley de gracia, qui tant en lo conexament de las cosas naturals com sobrenatural: es deliciosa admiracio y gustós assombro de quants lo ouen. Desde que lo oig he pensat moltes voltas si a este gran subjecte se li es oculta veritat alguna, per lo menos en tots los Arts y Ciencias que nosaltres conexem; puis tant en lo Art general com en qualsevol de las quatre principals sciencias, axi en lo especulatiu com en lo practic, y en tots los 7 Arts liberals, tant artificials com naturals, es tant perfectament consumat, que a qualsevol difficultat, punt o questio de qualsevol art o sciencia se ly propos respon ab tal promptitud, expedicio, fonament y facundia de rahons, com si son gran engeni no hagues fet altra cosa tota sa vida que

estudiar sobre aquell sol punt individuo, sent axi que molts voltas son difficultats de altri proposadas molt extravagans.

Del Art general, sens ningun genero de reparo, es perfet posseedor, peritissim en saberlo aplicar a las ciencias, arts particulars, y a qualsevol cosa, y per consequent en saber baxar de la general a las particulars, y pujar de las particulars a la general.

De la Phylosophia es tant perfet dueño, que no y ha conclusio especulativa en ella que ell no lage provada per la practica; y ab la practica ha confirmat o roborat la theorica, de manera que podem dir es dueño dispostich de la naturalesa.

Per consequent en la Medicina es perfetament consumat, axi en lo conexament del temperament del subjecte y malaltia, com en saber fer ell mateix las medicinas y aplicarlas; y es ben segur que quant ell las aplica fan son degut efecte, com feu en lo R. P. Prior Dominico de esta ciutat, y en un de nostros companeros esta quaresma, en a qui sens ferli menjar carn, ni apenas ferli fer illit, luego luego ly trague las tercianas, quedant luego perfetament bo.

En la Theologia es tan eminent, axi en lo escolastich y expositiu, com en lo moral y mistich, que veurerli desentrañar las questions theologicas mes intrincadas, oirlo expositar un texto, mirarlo discorrer sobre qualsevol punt moral o mistich, y ab tals fonaments, claredat y rasons, que es gustos etxis dels oients.

Proporcionalment podeu discorrer de la sabiduria de este home en los 7. arts liberals, puis estos ly foren la clau, la porta, la escala, per obrir, entrar y pujar a la altura de la gran sciencia que posseex. Lo Mestre de capella de esta ciutat volia anar a Italia per perfeccionarse en la Musica, mudant de concepte posa molt fort empeño porque lo Sr. Compilador ly enseñas la Musica lulliana, y ly ha agradat tant que vol tambe apendre lo Art. Te gracia singularissima y gran do de claradat en lo saberse explicar. Te tambe altra gracia y propietat singular, que en sa ma esta llevar molt o donar molt a son dexeble; porque com es tan fecundo en tot, sap respondre a la questio proposada responent no mes que per la superficie de la cosa, occultantli lo fondo, ab que, quedant per altra part satisfet lo dexeble, ly tapa els vlls ab lo poc y superficial que ly diu, occultant ly lo mes y millor.

Nostras escolas fins are han consistit en dos dias la semmana a la tarda. En ella havem lograt la honra de tenir per condexeble lo M. R. P. Ex-Provincial, al present Guardia del convent dels RR. PP. Caputxins de esta ciutat, home de 60 anys, per altra part savi y venerable. Fins ara en las escolas, lo Mestre el Sr. Compilador ha portat un estil molt elevat en las explicacions, per lo present molt superior a la nostra capacitat principiant. Ha donat tambe tot este temps franch albitre als dexebles per argüirli, tanteantlo ad omne quare, a dextris et a sinistris, a tot lo qual ha satisfet molt prompte, molt desembaraçat y molt be: tot esto ha fet a fi de que primerament vessem per la experientia son saber per formar de ell lo convenient concepte de un Mestre; com y tambe perque vessem ocularment la grandesa de esta sciencia per confirmar nos en la fe y estimacio deguda a ella. Ab que lo que fins ara havem pogut pescar ya del Mestre ya de la Sienzia Lulliana es conixer sa excellencia y grandesa, disposar nostras potencias a nous principis y nova sciencia en la intelligencia, y tambe lo veure y conixer clarament que esta sciencia no es difficil ni es per los sols grans ingenis, antes be es per a tots, puis es molt mes facil de lo ques pensa. Perque la clau, la porta y la escala de esta ciencia, com ya tinch dit, es lo Trivio y Quadrivio antiquorum sapientum, ab que aquells grans savis antichs se feren tan grans savis, esto es los 7 Arts liberals, no vulgars o artificials, sino los naturals, la explicacio dels quals hauem de oir favente Deo este estiu. Dit Trivio y Quadrivio seran 7 reglas, las quals juntas ab altres 3 mes, seran 10 reglas, que seran en lo Art Memoratiu, en lo 4.¹ tom, ab lo seguent orde: 1.^a Regula. De Proportione et Comparatione; et haec est Geometria naturalis.—2.^a De Numeratione et Aequalificatione; et haec est Arithmetic naturalis.—3.^a De Compositione et Resolutione; et haec est Musicca naturalis.—4.^a De conversione et Circulatione; et haec est Astronomia naturalis.—5.^a De Qualitate et Significatione; haec est Grammatica naturalis.—6.^a De Suppositione et Demostratione; haec est Logica naturalis.—7.^a De Similitudine et Dissimilitudine; haec est Rethorica naturalis.—8.^a De Ordine et Ordinatione; haec ponit ordinem in rebus.—9.^a De Causa. —Et 10.^a ultima, De Natura. Is:æ 10 Regulae sunt totum fundamentum et clavis huius sciencie. Ponam aliqua exempla, ut aliqualiter videatur usus, una simul cum fa-

cilitate. Et 1.^o sit exemplum de Proportione tanquam 1.^a regula.

Supono 1.^o quod Proportio est: naturalis et ordinata habitudo unius ad alterum, vel est principium naturale proportionandi: 1.^a definitio exponit suam essenciam; 2.^a suum actum. Supono 2.^o quod Proportio utitur comparatione tamquam instrumento. Supono 3.^o quod objectum uel subjectum proportionis est quadruplicis generis, scilicet, 1.^{um} de proportione substantiae et accidentis, 2.^{um} de proportione quantitatis continuæ et discretæ; 3.^{um} de proportione qualitatis propriæ et appropriatae; 4.^{um} de proportione numeri paris et imparis. Supono 4.^o quod Proportio habet 3 species, scilicet, 1.^a æqualitatis, 2.^a inæqualitatis, 3.^a mixta ex utraque, seu composita ex æqualitate et inæqualitate. 1.^a ex hiis tribus habet 24. comparationes — 2.^a octo — 3.^a sexdecim. 1.^a species ex hiis tribus facit 24. propositiones veras, nec plus nec minus; ultra istas 24. si alia est possibilis, est falsa. — 2.^a species habet 8 propositiones veras, nec plus, nec minus, et sic reliquæ erunt falsæ. — 3.^a species habet 16 propositiones veras, nec plus nec minus, reliquæ sunt falsæ. — Principia figuræ A. nostri Sancti Doctoris dant proportionem puræ æqualitatis: Principia figuræ T. dant proportionem inæqualitatis puræ; et hoc intelligendum est de principiis tam explicitis quam implicitis figuræ A. et T. — Principia autem figuræ A. et T. inter se mixta dant 3.^m speciem proportionis, scilicet mixtae seu compositæ. His suppositis brevitatis gratia, ponamus vnum exemplum pro omnibus, et sit 2.^a speciei, scilicet puræ inæqualitatis, quæ solum habet 8 comparationes veras; pro qua accipio 4.^r sequentes terminos, omnes inter se inæquales, v. g. a. intellectus, b. intelligere, c. sensus, d. sentire. — Et quia inspectis istis 4.^r terminis, statim scio illos pertinere ad 2.^m speciem proportionis inæqualitatis, consequenter scio quod de istis 4.^r terminis solum prodibunt 8 propositiones veræ, et consequenter reliquæ omnes erunt falsæ. Et qui scit regulam scit quales sint 8 veræ, quæ sunt sequentes:

- a. b. c. d. Sicut se habet intellectus ad intelligere, ita sensus ad sentire.
- b. a. d. c. Sicut se habet intelligere ad intellectum, ita sentire ad sensum.
- a. c. b. d. Sicut se habet intellectus ad sensum, ita intelligere ad sentire.
- c. a. d. b. Sicut se habet sensus ad intellectum, ita sentire ad intelligere.

- d. c. b. a. Sicut se habet sentire ad sensum, ita intelligere ad intellectum.
- c. d. a. b. Sicut se habet sensus ad sentire, ita intellectus ad intelligere.
- d. b. c. a. Sicut se habet sentire ad intelligere, ita sensus ad intellectum.
